

Beata Dei Gratia Regina Polonia, magna
Dux Lithuania, Russia, Prussiaeque ac Masovia,
& Domina. Rudo in Xto Patri Domino Joanni
Dantisco Electo Episcopo Culmensi, apud Sacram
Caesarem et catholicam Mitem Regio et nostro
nuntio et oratori sincerè nobis dilecto

Rude in Xto Pater sincerè nobis dilecte.

27
 Scripsit nobis sinceritas tua retroactis diebus
 rogans ut pro exolvendo Sti tue stipendio operam
 nostram interponeremus, fecimus id non gravatim,
 et quia pro servitijs et damnis ad diem Sancti
 Gregorij anni Domini 1524. fuerat Sti tue satis
 factum, ut ex registro Regio apparet, deinde a
 die praenominato usque ad festum Nativitatis
 Virginis Mariae anni currentis 1530 stipendi-
 um Sti tue fuit retentum, factò igitur calculo
 venerunt solvendi floreni gro. grossi 20. ad quo-
 rum rationem missi erant Sinceritati tue per
 Bernardum fratrem feria tertia post Domini-
 cam conductus Pascho anni hujus in auro
 Ducati 200. qui per quadraginta quinque
 grosses computati faciunt florenos in moneta 300.
 restant Sti tue solvendi floreni bro. grz 20.
 Et quia nunc non aderat tempus solvendorum
 stipendiorum regis et nostris aulicis, idcirco
 nostram pecuniam propriam florenos videlicet
 bro grz 20. in manus Nipczije dedimus, sicut
 voluit Sinceritas tua in Ducatos auri commu-

1530
1531
commutandas, et tua Sinceritati transmit-
tendas, quemadmodum ex literis ipsius Mi-
poxije intelliget latius. In negotijs nostris
ad presens nihil scribimus, nescimus enim
si ea perfecit Sinceritas tua, que prioribq
literis nostris illi scripsimus. Et bene ac fe-
liciter valeat Sinceritas tua Datum Cracovis
die Secunda Obrii Anno Domini Millesimo
quingentesimo trigesimo.

Bona Regina

Se

Ad mandatum Sacrae M^{ti}
Reginalis proprium.